

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100



at rationem curuitatis, quam habet sectio in  $\beta$  puncto repercussus, (habent autem aliam atque aliam huiusmodi mixtæ lineæ) Sit quantitas  $\alpha\beta$ , & ducta ex  $\beta$  ipsi  $\epsilon\delta$  perpendiculari, quæ sit  $\beta\alpha$  centrum circuli ponetur in linea  $\beta\alpha$ , conjungeturque  $\beta\alpha$ , eritque locus imaginis, ubi  $\zeta\beta$  continuata secat  $\alpha\alpha$  sc: in  $\mu$ . Hic facile vides etsi maneat  $\beta$  repercussus locus, proinde &  $\alpha\beta$  ratio curuitatis, &  $\zeta$  oculus, discedat verò visile  $\alpha$  longius in linea  $\beta\alpha$ , semper perpendiculararem ex  $\alpha$ , in punctū à  $\gamma$  remotius incisurum, proinde & locum imaginis semper longius à  $\lambda$  versus exteriora. Adeo que hæc differentia tandem in infinitum abit. At multum refert ad rationes specularias, hinc non in dubio suspensum teneri. Sed satis de loco imaginis; quæ quidem consideratio necessaria planè fuit ad sequentia: da veniam Lector, si alicubi plus de paralipomenis ad Vitellionem, quam de Astronomiâ fuimus solliciti. Scio naturalem methodum postulare, vt agatur initio de natura lucis eiusque affectionibus, repercussu & refractione, secundo de Oculo, qui refractione constat, denique de Catoptrica seu Imagine, quæ visoriarum facultatum soboles est. Hoc si fuisset secutus, multa hoc capite rudia & anticipatæ notitiæ præterire potuissem; ipseque adeò contextus propositionum artioribus vinculis & formâ magis Geometricâ constitisset. At mihi ad fidem Lectori faciendam satius est visum, seriem ipsam mearum inuentionum sequi; simul Catoptrica hæc paralipomena sub iugum refractionum explicandarum mittere, & sic hæc quoque quadamtenus in astronomicum seruitium trahere; ne præter institutum libri, in solium regium collocentur, ipsumque scopum totius operis complecti videantur: quod factum fuisset, si naturalem Methodum essem secutus.

## C A P V T IV.

*De Refractionum Mensura.*

Interfuit Astronomiæ ad certitudinem, vt constituerentur anguli, quibus radii stellarum à viâ rectâ refringuntur. Interest nunc etiam ad pulchritudinem, scire causas huius incrementi angulorum. Neque sane inu-